excitat et inducit aliquando etiam radices nervorum sensibiliū illa fumositas maliciosa tangit et suo acumine sive furiositate ad intima iporū nervorū pertrans spiritum animalem ibi existentem impedit atqz ledit. unde et substantiam et rationis vslū pturbat et lingua ratiōis interpretē titubādo contrahit et peruerit ut patet in ebris. **O**totum etiam voluntarium sepius retardat vlt̄ penitus destruit ut patet in tremulis et paraliticis. nec mirum nam virtus cor poris regutia qd est sita in nervis et in musculis a natura. nervum sive membrum quodlibet sic repressum regere et erigere satagit et intendit sed preualest ille. acutus fumus et resistens virtutes naturales vincere cupiens membrū deorsum reprimere nitit et contendit. **A**nde ex isto dupli motu contrario scilicet uno eleuāte et alio deprimente membrorū tremor sepius generatur et tandem victa mortaliter virtute regutia mors re. paralis in talibus generatur. **E**t id optime cōsilium est sapientis qui dicat. Ne te effundas inquit sup oēm escam. qr in multis escis infirmitas grauis et. idē itaqz malum generat in corpe somnus imodaratus. nam in somno remittuntur virtutes et actiones naturales interā amales intendunt. unde clausis poris fornicatis calor intrinsecus pfortatus multos humores attrahit quos quidē nec dirigere potest nec cōsumere et tunc prauilecente tamēta supfluitate quā non pot natura regere sequitur necessario mors et suffocatio sicut est videre sepius in toxicamentibus post acceptā medicinā et etiā in minutis. **I**n vigilantib⁹ autē nimis causa contraria opatur in quid et nimis fit humor et spirituū cōsumptio. unde et mors iterū comitatnt. **I**tem eadē ratio suffocatiōis est in nimis repletis et eadē ratio defectiōis est in ieiuna nūllo supra vires et nimis inanitis. **I**tem qui nimis se exercitant p nimia caloris intensiōē humores nimis columentem se detinunt et cōsumunt. **I**n nimis vō qd sc̄etib⁹ cā est contraria qr in iōpis magna est et unmoderata humiditatis attractio et nulla

superfluitatis evaporationis ne spirituum  
subtilitatem et ideo necessario humiditas  
superflua disponitur ad putrefactiōem et  
corruptiōem. Istis et alijs multis modis  
in infinitis qualitatibus elementares in suis  
naturalibus effectibus impediuntur sicut  
patet in ratiōibus supra dictis quod te ver  
bis constat in pantegni et sa. in cōmen  
to ampli. Ispo et Ampe succincte com  
pilatum vñ de his supsideamus. et ideo  
ad descriptandas proprietates humo  
rum que ex his qualitatibus cōponuntur  
manus apponamus ex quibus constui  
tur omne corpus quod spiritu sensibili  
et rationali animatur.

## Capitulum sextus

De humorib⁹ et eorū generatione effe  
ctu et operatione

**H**igitur humor quedam sub  
stantia actualiter liquida ex cō  
junctione elementarum quali  
tatum per digestionē in animalis corpore  
generata apta membra nutrire et eorum  
actiōes confortare naturaliter vel accidē  
taliter impedire Nam humor est corpo  
rum sensibilium materiale p̄cipiū et pri  
mum ac p̄cipiū ratione nutrimenti i  
suis pagendis actionibus instrumentum.  
Sunt autem humorib⁹ ut dicit Lonstan  
vocati elementorum filii ex eorum originali  
ter cōstitutionum qualitate. Sunt autem  
quattuor humorib⁹ scilicet sanguis fleu  
ma colera et melancolia. qui quidem re  
spectu membrorum dicuntur simplices. quibus  
respectu elementorum quorū sunt filii com  
positi inueniantur. Hi quattuor humo  
res in quantitate et qualitate equalitatē  
proportionē debita obseruat̄ omnia  
corpora sanguine habentia p̄ficiunt ac cu  
stodiunt in debita cōsistentia sanitatis si  
cū econuerso ex eorum inequalitatē sine  
infectiōe infirmitatē generant et indu  
cunt. Fuerint autem hi necessarij ad corpo  
ris cōstitutionem ad ipsi⁹ regimē et con  
seruationē ad minime deperditos in cor  
pore restorationē sicut dicit Gal. sup  
ampli. Corpus enim subiacet luxurij  
patet in sudoribus et in sputis et huius  
modi alteratiōe scilicet de frigiditate in

caliditatem et econuerso et corruptiōe q̄ ex  
fluītate nimia sequēti ex altatōe diuina  
ut qd superflū est in corpe dirūatur  
et deperditis reparetur et mala alteratio  
in bonam transmutetur et per consequē  
corruptioni aliquiter obviatur. necel  
laria fuit quatuor humorū presentia ut  
corpus animale in vigore ipsis median  
tibus incolumē conseruetur. Horsū au  
tem humorū generatio sic habet fieri  
recepto enim cito in loco decoctionis.  
primo scilicet in stomacho. subtilior ei  
pars et liquidior que a phisicis ptisina  
ria vocatur p̄ quasdam venas ad epar  
trahit et ibi p̄ caloris naturalis actio  
nem in quatuor humorib⁹ transmutat  
quorum generatio simpliciter in epate  
fit incipit. sed nō similiiter finit. Pri  
mo enim caloris actio qd frigidū est et  
humidum in naturam fleumatis quer  
tit. Secundo quod calidū et humidū est  
in naturā sanguinis transfit. quod vero  
calidum et secundū naturam colete consti  
uit. Sed qd frigidum et secundū in substanc  
iam melancolie se cōponit. Talis igitur  
est processus. Primo siquidē generatur  
fleuma tanq̄ humor semicoctus. Secundū  
sanguis cuius decoctio est perfecta.  
Tertio colera cuius decoctio tempore  
cum excedit. Ultima autē melancolia q̄  
si pars terrestriorū aliorū fixa esse p̄ce  
dit. unde talis est ordo ut dicit Lince.  
q̄ elementorum recta et reciproca est gene  
ratio. quia de aere fit ignis et econuerso  
humorū autē generatio quedam est re  
cta. sed non reciproca. Et fleumate enim  
p̄ decoctionē fit sanguis sed nō econuerso  
Similiter d̄ sanguis fit colera p̄ calorem in  
tentum siccitatem huic et subtilitatem h̄i nō  
econuerso. Simili modo p̄ adustionem  
excolera fit melancolia et non econuerso.  
Hic enim accidit in generatiōe humorū  
sicut accidit in generatiōe vini et mis  
stro sic dicit Lonst. nā feruēre multo ge  
neratur quedam spissa superficie p̄ testes et q̄  
dā substantia terrea ad fudū descedēs et  
alia ē aquosa fm c̄ augm̄tū vīnū i substanti  
a est magis debile et minus calidū. Et  
quātomagis antiquas tātomagis fit ca  
lidū ppter h̄mōiaquositas; resolutionē

# Liber quartus

et quanto maior est vini puritas, tanto co-  
ctio est completa. sic in humoribus est pars  
leuitate sua superiora petes. s. colera. alia  
velut fex teorsum tendes. s. melancolia.  
alia vero in cruditate manes. s. fleuma.  
quarta vero est sanguis i sua puritate p  
manes. a ceteris humoribus depurata. Hui-  
lus in sanguis est ita pur? qn alijs humo-  
ribus sit purior? vn eoz comixtione spe-  
ciez variat et color. na p comixtione co-  
lere appet rufus a melancolia niger. a  
fleuma aqueosus et spumosus.

## Ca. vii de sanguine

**S**anguis ut dicit Isid. a gre-  
co nomine simpsit. eoq susten-  
tat vegetat et vivat. i. vita co-  
firmet. na sanctire confirmata  
re est. Dicif aut sanguis dum est in corpe  
est usus vero dicif crux. eoq usus cur-  
rendo corrut. alij aut vocant sanguinem  
quasi suauem. eoq gustu et tactu sit suavis  
no eni est sanguis pur? et integer nisi in  
inuenib. Nam dicunt phisi sanguinem  
minimi per etatem. vñ in senib' tremor est ex-  
fectus. propter asit sanguis animi possessio  
est. Inde genas lacerare in luciu mulie-  
ribus mos est. An etiam purpuree vestes  
et purpurei flores ponunt super mortuos.  
animositat mortui dum erat in suo san-  
guine repitantes. Hucusq ysid. li. p.  
ca. ii. Sanguis autem sanguis inter quatuor  
humores laudabilior et nature am-  
cabitior est. propter eius exemplum et perfectam co-  
ctionem quam efficit calor temperatus ex  
materia pura et aerea ad corporis nutri-  
mentum. Est vero sanguis secundum eundem co-  
stan. alius naturalis alii innaturalis.  
Naturalis autem alius est contentus in arti-  
eribus. alius est in venis. Qui vero est in  
arteriis calidior est et subtilior. rubicun-  
dior. clarior et in sapore dulcis. Est autem ca-  
lidior propter cordis et spissas vicinitatem.  
subtilior. propter cordis calorem. subtili-  
tem et rarificantem. et hoc ut resumendo p  
spissas tunicas arteriar. facile non possit  
in alia membra labi. Rarior autem est  
propter virtutes colere in ipso. acutior  
est autem propter augmentum caloris. san-  
guis vero in venis contentus est calid?

et humidus. inter grossum et subtilem.  
mediocris. sapore est valde dulcis. si  
malo carens odore. cito coagulatur cum  
exierit. An talis sanguis epardesignat  
temperatum. Si vero fuerit subtilis aquo?  
sus non boni odoris. nec dulcis saporis  
comixtione alterius humoris ipsum insi-  
ficientis indicat. Nam enim degenerat in  
sanguinem innaturale. Quis sic dicit. vel  
qr a sua generatio est. ut i leprosis cor-  
ruptus. aut propter inconvenientes ma-  
teria ex q est generat. propter extraneum  
humorem cum quo est mixtus modicum  
autem colere vel alteri insufficientis humo-  
ris mixtum cum puro sanguine ipsum insi-  
cit. et in sue qualitatibus similitudinez ipsum  
trahit. Hucusq constant. n' pantegni. ic.  
ca. iiiij. Alias sanguis proprietates poti-  
aresto. in libro animalium. ij. dicit enim. Om-  
ne animal humis sanguinem habet et cor  
An emia animalia parentia sanguine  
sunt minoris corporis et virtutis animalibus  
habet sanguinem. et cum absceditur caro  
exit sanguis nisi illa mortua fuerit et cor-  
rupta. Item in omni animali bone dispo-  
sitonis est sanguis mediocris. qr no nimis  
multus sic sunt portantes vini noui  
nec nimis paucis sicut corporis crassi.  
qr animalia nimis crassi corporis sunt pau-  
ci sanguinis et subito augmentatae pin-  
guedo. et quanto tanto minoratur san-  
guis. Item omne corpus sanguineum  
potret cito et maxime prope ossa. ho-  
mo enim habet sanguinem subtilem val-  
de respicere aliorum animalium. quorum  
sanguis est nigror et spissior sanguine  
hominis et matime thauri et asini. et san-  
guis in inferiore parte corporis spissior est  
et nigror qz in superiori. Item sanguis  
qui generatur valde in multa quantitate  
erit causa egreditur. qui attenuatur et  
fit aquosus. et propter hys forsan sudat ho-  
sanguinem. quod qde est utputo pro  
pter superfluum liquidi sanguinis abun-  
datiam a qua se intendit exonerare na-  
tura. unde eicit eius partes aquosas ad  
superficie cutis. et eas expellit per sudore-  
rem. Item cum ho dormierit erit san-  
guis in manifesto modicus. nec mirum  
qr tunc reuocatur a natura in adiutorium

virtutis naturalis ut ipsius beneficio suas peragat actiones. unde quod tunc se profundit ad interiora extremitas corporis pallida remaneat et exanguis. propter hanc forte accidit quod si corpus dormientis pungatur non exit inde sanguis qui si esset vigilans. Item de ibidem. quod si sanguis fuerit bene coctus. et digestus bene sit ex eo se pum. et hoc forsitan. quia ei vincuositas perpetuata decoctione coagulatur et abdita in sepius vel pinguidine transmutatur. Item cum alteratur sanguis a cursu nature sue et fuerit corruptus exhibet stomacho et a narbo. Item cum putrescit sanguis in aliquo membro nisi reducatur arte vel natura efficitur ex eo virus et in saniem commutatur. Hucusque Constant. lib. viii. Item dicit ibidem li. xii. venae sunt viae sanguinis. ex quo patet quod sanguis exultimus cibis aequaliter sanguinem. Ita dicit ibidem. Ita est sanguis amicabilis nature etiam aequaliter caret sanguine cibatur per illud quod conuenit cum sanguine. ut patet in vermito et muscis quod carnibus insident et sanguinem sugunt et inde sibi attrahunt nutrimentum propter hanc si animal non nutrit ab isto efficitur maculentum et male dispositum. et quod bene cibatur crescat et sit bone dispositionis per talis cibini nutrimentum. et si ille sanguis vnde fit cibus fuerit clarus et bonus erit corpus sanum et si malus infirmum. Ita sanguis terrestris coagulatur cito propter humiditatis priuationem. Unde omne animal habens subtile sanguinem et mundum atque calidum alijs aequalibus sensum habet meliorem. Sanguis enim in subtilis et calidus et maiori motu intellectu convenientior est. Ita omne aequaliter carnes sanguine est maiori tumoris animali habenti sanguinem. propter hanc humidum sanguinem et calidum et leue non mouetur nisi modum propter timores. Ita sanguis thauri congelatur citius et coagulatur sanguine quam animalium aliorum. Sanguis enim omnium animalium coagulatur secundum magis et minus propter leporis et cervi et sibi simili in natura quod sanguis non coagulatur. ut dicit Aresto. Sanguis thaurinus sic dicit de libro viii. et xii. maxime est coagulationis

et velocis. et hoc forsitan propter excessum caloris et siccitatem. unde haustus crudus interficit sicut venenum. Unde te quodam modo dicit quod hausto sanguis thauri se perennit. Item idem ibidem. sanguis in parte dextera calidior est quam in sinistra. Et ideo propter vigorum calidi sanguis in parte illa manu dextera prior est ad opandum et habilius quam si sinistra. Unde dic Aresto. lib. i. i. quod leo prius mouet pedem dexter quam sinistram. et super amphorum dicit quod mulier portans masculum subito vocata ab aliquo primo mouet pedem dexter quod facit calidum sanguis quod in concipiencia masculum complectus opatur. Item in codice libro viii. quod sanguis prima et propria est materia cordis et epatis. Unde et cor communum est ad sanguinem copiosius recipiens et spissum ad eundem diligenter custodiendum. et in nullo membro est sanguis sine venis nisi in corde tamen et hoc cor de exit per quoddam venas ad alia loca corporis et non venit aliunde sanguis ad cor quoniam fons et principium sanguinis membrum primum recipiens sanguinem. et hoc manifestatur ex anathomia et modo generationis quod prima creatio cordis appetit sanguinea. Unde secundum Aresto. cor est primum sanguinis receptuum. et ideo in medio ponitur et eum transfundat tanquam a medio et a centro ad omnia alia membra. unde dic quod cor est medium totius animalis a quo procedit motus et sensus et vita totius animalis. Et ideo cor est in omnibus habentibus sanguinem. quoniam necessaria principium sanguinis est et non separatum. Decimonia aperte dicit Aresto. libro. xiiij. quod de principio sanguinis alio modo sit scriptum in libris medicorum. sed de ista controversia nihil ad nos. quia utraque positio vel opinio nobis deseruit quo ad nostram intentionem. Ex predictis igitur autorum sententiis breuerter recollege quod sanguis naturalis est putus et calidus subtilis dulcis animalis nutritus virtutis naturalis consuetus sedes anime et ipsius contemnitus. inuenitutis perfectius. complexionis alteratus. vigoris cordis et spirituum conservatus. letificatus. amans exercitatus sui. diffusione in superficie corporis

# Liber quartus

ipsius coloratinus, sanus et temperatus  
sanitatis consuatinus, corruptus cor-  
ruptionis inductus, ut patet in lepra quod  
est sanguis corruptus in fontibus / et cum  
alijs humoribus admixtus malicie eo  
rum est temperatus. Suavitate coloris  
oculorum mitigatius, ut dicit Constantius.  
Quod sanguis columbe vel virendinus de ala-  
terea extractus oculis calidus instilatus  
maculas abstergit oculorum. Sanguis  
enim talis valde est ignitus et dis-  
solutius, sicut ibidem dicit commenta-  
tor in viatico in tractatu de panis et  
maculis oculorum in fine.

## Capi. VIII DE SAN- GUINIS MALA PROPRIETATE.

**S**unt etiam sanguinis quedam  
proprietates minus laudabiles  
les alijs supradictis, nam quan-  
to lene dispositus nature est amicabilis  
or et utilior, tanto cum corruptus fuerit  
eodem est nocuior, et grauiores infect  
corpori passiones. Nam aliorum humo-  
rum malicia sanguini admixta propter  
amicabilitatem eius ad naturam non se ita  
subito manifestat, et ideo ab eorum le-  
sione sibi natura minus percauens laten-  
tem iporum maliciam non formidat, ut pa-  
tet in febribus enutriceis et alijs multis  
in quibus colera rubra vel adusta sanguini  
admixta non ita cito se nature vel me-  
dici iudicio manifestat, ut dicit Salvius  
per amphoram. Item sanguis si fuerit in  
corpe superfluus menstrualis in homi-  
nibus generat passiones nisi natura vel  
medicina beneficio evacuet citius, ut  
patet in sanguine menstruali quod propter  
superabundantiam humiditatis et caloris  
indigentiam in mulieribus existens si vel  
tra rebitum retineat pessimari causa est  
et occasio passionum. Inducit enim quam-  
doque spiritualium suffocationem, quandoque  
ydropisum, quandoque etiam frenesim, siue  
manifesta passionem, put ille sanguis  
corruptus nimis diu retinet ad diuer-  
sas transfundit corporis regiones, sicut  
in passionarium libro Salvii expellit conser-  
nitur. Unde contra talia pericula sum-  
mum remedium est talis sanguinus, cor-

rupti euacuationem citius procreare,  
nec mirum si sanguis sic corruptus pro-  
prium subiectum sic molestat, qui alie-  
num etiam mirabiliter inficit et molestat  
siue immutat. Nam et dicit ysidorus li-  
bro. x. caplo. ii. sanguis menstrualis co-  
tactu fruges non germinant, acescunt mu-  
sta, moriuntur herbe, arbores amittunt frui-  
ctus, ferrum rubigo contumescit, nigrescit  
era et metalla. Quod si canes inde comedent  
in rabiem efficiuntur, glutinum as-  
phalti quod nec ferro dissoluitur, nec  
aquis ipso pollutum sponte dispergitur,  
ut ibidez dicit ysidorus. Hic sanguis ex  
superflua humiditate et debili calore in  
corporibus multum generatur, et ideo ne  
natura ex eo grauetur in matrice recol-  
ligitur tanquam in sentina, a qua si tebi-  
to modo expulsus fuerit corpus totum  
mollificando alleuat, et ipsam matricem  
ad conceptiōem disponit et habitat. Unde  
dicit Aresto, libro. ix. menstrualis in fine  
mensis in mulieribus maxime viget,  
et ideo tunc utiliter expellitur sanguis  
talis, quia sicut dicit ysidorus libro. xvi.  
sanguis menstrualis non habet certam  
temporis revolutionem, sed in maiori  
parte accedit in diminutione lune, et hoc  
est rectum, quia corpora animalium sunt  
tunc tempis frigidiora et alteratur san-  
guis, et efficitur ex eo superfluitas men-  
strualis, que si tunc expellitur talis eua-  
cuatio laudabilis est et naturalis, quia  
si ultra tempus vel propter grossiciem  
sanguinis, vel propter altitudinem ma-  
tricis, vel propter defectum expulsive virtu-  
tis retineatur multis molestijs pericu-  
losis, corpus mulieris aggrauatur, quod  
quidem generaliter est verum, a quo  
todecimo anno usque ad quinquagesimum  
quia in iuueniulis meatus sunt angu-  
sti et virtus debilis. Unde quinque annos  
roanno in antea sanguis minoratur et  
frigescit, calor destruit et repescit. Unde  
iste due etates a tali immundicia sunt  
immunes, scilicet senectus vetularis et  
iuuentus puellaris, retinet tamen na-  
tura sanguinem menstrualis post mulie-  
rum impregnationem ad instrumentum  
fetus et conceptus conservatiōem. Unde

Aristoteles libro. xv. **M**enstruum est sanguis non purus, sed indiget digestione operativa, hic sanguis mortuus cum spermate cibus est in animali. Unde multo post conceptionem frequenter patiens fluxum menstrualem solet facere abortivum, aut enim debilitas fetus aut morbus et hoc propter nutrimenti subtractiones. Unde retentio sanguinis menstrualis signum est impregnatio ex iam dicta causa, quod autem superfluit de sanguine menstruali detrahitur ad mamillas, ut inde lac generetur. **M**ateria enim lactis est sanguis decoctus in mammillis ut dicit Aristoteles libro. xxi. et xxvij. **L**ac inquit est sanguis digestus non corruptus. Item copret ut fluxus sanguis menstrualis actualiter sit in corpore antequam mulier impregnatur, sicut dicit Aristotle, libro. xv. et constantinus, sicut optime arbore primo florete quam fructus facere. Item quando venit talis fluxus naturaliter semper accedit in erate lune et atque etiam mulier conuenienti. Item aves et animalia non patiuntur talem fluxum, quia totalis sufficiens transit in plumas et in pilos, ut dicit aristoteles. Item dicere rufus, mulieres nimis se exercentes et sepius mouentes non multum menstruant, sed que quelecti et multis comedunt, suaviterque vivunt, tales multa purgatione indigent. Item quando sanguis talis vel frigiditate vel crasticie ora venarum constringente debito modo non exit, ad excundum alias vias querit ut venas natum et emorroydarium quas si clausas invenit ad alia membra se diffundit, et gravem nature infert passionem. Nam tales ut dicit in viatico Constantius, defectus appetitus patiuntur, nam cibaria bona abhorrent, puluerem vero carbonum et laterem appetunt et similium, nam sanguis refutatus in maliciosum fumum terrestrem et ponticum conuertitur quo rapto ad orificium stomachi appetitus rationalis subvertitur et irrationalis generatur. Unde omnia corpora sunt maximis morbis apparata.

(mate.

## Capit. ix. de fleu-

**F**leuma sive Johannae est humor semicoctus actione caloris imperfecti ex frigida et humida natura generatur. **A**ristoteles dicit libro. xv. Fleuma est cibi superfluitas que non digeritur. Eadem enim est materia sanguinis et fleumatis, sed differunt secundum decoctionem maiorem vel minorem, unde de fleumate fit sanguis per ampliorem caloris agentis intensiorem, non tamen econtra sanguis enim in fleuma nunquam transmutat, sicut colera mutat in melancoliam, sed non e contrario ut dicit auncenna. **A**st autem fleuma humor naturaliter frigidus, humidus et insipidus, quem natura mandat per membrorum digeratur et ex ipso digesto corpus nutritur. Notandum quod fleuma aliud est naturale aliud innaturale. Naturale autem frigidum et humidum, in colore album, in substantia fluidum, in sapore parum dulce vel tota liter insipidum, in epate tamen generali ubi sedes est calor. Est tamen habile ut in sanguinem transmutetur, et facta completa transmutatione corpus inde sustenteretur. Fleuma enim quod de se sit grossum et insipidum per intensionem tamen caloris ipsum immutantis forme et saporis sanguinis qui est dulcis, est susceptiuum, ut patet in fleumate, quod dicitur esse dulce. Unde propter vicinitatem et similitudinem quam habet cum sanguine indigente omnia membra corporis, et ideo natura prouida fecit illud cum sanguine per venas totius corporis transire propter necessitatem, et tamen propter utilitatem. Nam ut dicit Constantius, deficiente sanguine digerit calor fleuma, quia inde intedit membra reficere et nutritre. Unde in hoc nobilissima est fleuma colera et melancholia, quia rectificari non possunt ut ex eius fiat sanguis cuius beneficio vigent et nutritur membra corporis universa. Est etiam eius presentia cum sanguine necessaria ut ei frigore sanguinis feruor tempore, et liquiditate fleumatis spissitudo sanguinis in temperie seruetur, et sic facilius et expeditius ad singula membra nutrimentum sanguis deportetur. Utile etiam

# Liber quartus

est iuncture membrorum et alias partes mobiles suas liquidam humiditate humectare ne ex calore motus vel ex sanguine calido casu aliquo a suo officio retardentur. quia siccitate insuper inducta impediat. **Fleumatis** autem innaturalis quantu[m] sunt species. **E**st enim acetosum frigidum et siccum propter melancolie admixtionem. salsum calidum et siccum propter colere rubree infectionem. dulce propter sanguinis participatiorem. **A**ltreum secundum dictum propter coloris vitri assimilationem. tale enim omnino elongat a calore. et ideo ceteris eius speciebus illud est compactius et difficilius ad digerendum et in sanguine conuertendum. **P**ic humor si corruptus fuerit diversas generat in corpore infirmitates cuius superabundantia (ut dicit **Constantinus**) cognoscitur per diversa. nam vere fleumaticus est corpe deses/ grauis et tardus et sensu etes/ mete obliuiosus/ carne mollis et fluidus/ colore liquidis/ albidus in facie/ corde timidus/ sputis et excretionibus multis plenus. piger et somniculosus/ parui appetitus/ parue fritis/ nisi sit salsum fleuma. quia tunc salsus sapor in ore sentitur propter calidi humoris admixtionem/ tunc mollis et flaus et laetus cuius pulsus est mollis/ grossus et tardus. urina alba spissa cruda et discolorata. statura pinguis et grossa in extremitatibus. brevis et curta/ cuius cutis superficies plana et lenis ac pilis tenui data. somniat de aquarum nivium et pluviarum inundatione/ navigatione in aquis frigidis et etiam narratio[n]e. talis complexio[n]is homines solent frigidum morbum sepius incurvare et ipso fatigari. et precipue tempore hysmalis. quia tunc tempis qualitates fleumatis scilicet frigiditas et humiditas intendit. ut dicit **Constantinus**. quere supra proprietas frigiditatis et humiditas.

## Cap. X. de colera

**C**olera sicut **Isidorus** dicta est eo quod in humor[e] colerico calor temperamentum excedat. Colera alia naturalis/ alia innaturalis. Natu-

ralis est que naturaliter est calida et seca et in substantia subtilis/ in colore rubra clara/ in sapore amara cum quodam acumine/ que quanto est calidior/ tanto est in colore rubicundior et in sapore amarior. que cum in corpore generatur in duas partes dividitur/ quarum una transit cum sanguine et alia transmittit ad cistam felis. illud autem quod vadit cum sanguine penetrat cum ipso causa necessitatis et in uamenti. necessarium enim fuit ut sanguini admisceret ad aptificandum sanguinem ad membra colerica temperanda et nutritienda. quoniam in hoc sanguine oportet esse coleram rubram; actualiter sum debita proportionem huiusmodi membrorum innuat etiam ut sanguis subtiler et facilis transeat per angustos meat[us] ad interiora corporis nutrienda. alia vero pars quod ad cistam felis trahitur/transmittit ad ipsam causam necessitatis et etiam innamenti. necesse enim fuit propter modicatores totius corporis et propter nutrimentum ipsius felis. innuat etiam stomachum et intestina calefaciendo et pungendo. ut a superfluis se exonerent. ideo enim sepe accedit torso et ventris dolor et colerica passio. quia via opilatur quod est inter fel et intestina. **I**nnaturalis colera est que egreditur a natura propter aliquid extraneum sibi commixtum. nam comixto cum colera rubra fleumate aquoso/ generatur colera citrina que per cetera est nimis calida et nociva. si vero fuerit fleuma grossioris essentie et spissioris inde colera vitellina. iste due species sunt nomine. **C**ertia species est colera quedam prassina in colore viridis et amara acuta. si cut herba que prassium. id est marrubium vel portus nuncupatur. nascitur autem in stomacho illorum qui continue vertuntur herbis nimis calidis. ut portis cepidis alleis et vastrachis. et huismodi. et forsan a talibus herbis viridis et crudis in colore contrahit virorem. et sic **Gal.** risum est. **A**uicenne autem viris fuit quod prassiu[m] generatur ex colera vitellina. quando nimis aduratur. cum enim aduratur adustio in ea facit nigredinem ex quo cum citrinitate mixta viriditas intro-

ducitur. Erugino sanguino colera est qua-  
ra species que per ylteriorē adiunctionē  
generatur ex prassiua, quād enim tan-  
tum aduritur q̄ eius humorositas defi-  
catur. tūc declinat color eius ad albedo  
nem. qualis est color cineris, nam calor  
in humido corpe primo nigredinem ef-  
ficat, deinde consumpta totaliter humili-  
ditate alborem quedam introducit. vt  
est videre in lignis que prius q̄b conuer-  
tant in cinere auertunt i carbonē. Fri-  
giditas vero eōverso in humido facit al-  
bedinem. in siccō at nigredinem opaf. s; hec  
yltria in omnibus alijs p̄ior est et ve-  
nenosior, cuius venenosa qualitas pessi-  
mas et mortiferas inducit in corpore  
passiones si. cut herisipylam et noli me  
rangere et cetera huiusmodi. Pumor  
igitur colericus naturalis non excedens  
terminos nature est aliorum humorū  
subtiliatiuus digestioñis confortatiuus  
fecis et putrediniis mūdificatiuus cor-  
poris fm dimensionē lōgitudinis i la-  
titudinis distensiūus. animositatis et  
audacie generatiuus mobilitatis et le-  
uitatis effectiuus ad iram i ad appetitum  
vindicē excitatiuus. venerei appre-  
titus prouocatiuus virtutis expulsiue  
adiuuatiuus materie grosie attenuatiuus.  
i a centro r̄sq; ad circumferentiā  
diffusiūus fm citrinitatem vel nigredi-  
nem superficie substantie in colore mu-  
tatuus. Unde colericū generaliter so-  
lent esse iracundi animo, immansueti-  
leues et instabiles impetuosi in corpo-  
re longi tenues i macilenti colore fuscī  
in crinibus nigri et crisi pulchri spidi  
et hirsuti. tactu calidi pulsus fortis i re-  
locis. eorum vrina in substantia est te-  
nuis i subtilis in colore ignea rutilans  
et clara. Hec colera si in aliqua parte  
corporis fuerit corrupta molestissimas  
inficit corpori passiones. quād hec sūt  
generalia signa, sicut enim dicit Con-  
stantinus in pantegn. libro. ix. caplo. ii.  
Si corpori dominetur colera corrupta  
erit cutis glauca vel citrina i erit dese-  
ctus appetitue virtus, amaritudo sen-  
titur in ore, ita q̄ dulcia videntur ama-  
ra i sapida insipida pūctura et ardor in

stomacho calido ex fumo pūgente ner-  
uos stomachi et mordicante. abomina-  
tio cum vomitu colerico cuz siti lingue  
siccitas ex fumo calido trabeam arteri-  
am desiccante et humorē saliualem cir-  
ca neruos lingue consumentē. oculoz  
cōcauitas cum humido aspectu pulsus  
subtilis i velox et spissus. vrina rubea i  
intensa dolor capitū grauis, vigilia et  
alienatio mentis, horribiles visiones  
in somnis, tales enim somniant de igne  
et fulgure, et stupenda acriis inflam-  
matione quod fit ex igneo fumo peten-  
te cerebrum i ymaginatiā immutan-  
te. Et tantum de colera et specieb⁹ eius  
diuise sū Halienum i Aquicennam ad  
presens dicta sufficiant. Sequitur ylti-  
ma proprietas substātie corporee qua-  
ti libri que dicitur melancolia.

## C apitulum. XI.

De melancolia.

Melancolia est humor spissus  
et grossus, ex fece et turbulen-  
tia sanguinis generat. Et di-  
citur a melon quod est niger i colim qđ  
est humor. Inde dicitur melancolia/  
quasi niger humor. Unde a phisicis co-  
lera nigra nuncupat, nam color eius de-  
clinat ad nigredinem. Est autem melan-  
colia alia naturalis alia unnaturalis. Na-  
turalis est frigida et secca que fit in san-  
guine sicut fer in vino habet generati-  
cuius substantia est spissa i et terrestris  
cum sapor inter dulcediem et ponticitatē  
tem existit vicinus accipienti. Hec me-  
lancolia in duas partes habet dividit:  
quarum una remanet cum sanguine et  
penetrat secum ad membra causa etne-  
cessitatis i iuuamenti, fuit enim necesse  
vt cum sanguine misceretur, vt apti-  
caret sanguinem ad membra melan-  
colica nutrienda. Iuuat etiā sanguine  
quia inspissat ne sua liquiditate subter  
fugiat digestiōne. Secunda pars vero  
transmittitur ad splenem propter ne-  
cessitatem et iuuamentum, necesse enī  
fuit hoc propter mūdificatiōem totius  
corporis et propter nutrimentum ipsi-

# Liber Quartus

suis splenis. Juuamentum vero est ut proficiat in os stomachi. ut scilicet ipsum fortificet / inspisset. et ut ibi pruritum faciat. et sic excitet famem et cooperetur ad desiderium nutrimenti. Illud autem melancolie quod est superfluum sanguinis transmittitur ad splenem. et quod a splene egreditur. est illud quo indiget splen ad sui nutrimentum / et sicut colera rueta iuuat stomachum ad expellenda superflua inferius. sic et melanolia iuuat virtutem appetitivam superioris. Dicitur autem fer sanguis potius quam colere vel fleumatis. quia resupendat et separatur a sanguine / sicut descendit ypostalis urinalis sive sedumen in liquore. de fleumate vero nihil resupendat nec descendit propter eius viscositatem. similiter nec te colera propter eius subtilitatem. et ideo fer colere vel fleumatis non vocatur. ¶ Melancolia autem innaturalis non est ad modum ypostasis sive residentie et secis. sed per modum adustionis et cinereitatis. et hoc accidit istis modis. Alges enim color nimis in substancia fleumatis ipsam adurit et per adustionem nimiam in coleram adustam conuertit. si fuerit humor primo subtilis et aquosus quando aduritur. efficitur salsa. et si fuerit grossus trahitur ad acrem vel ponticitatem. si vero contingat sanguinem adurare vel incinerari. cenis eius fit sal sus cum quadam dulcedine pauca. sed quando contingit melancoliam naturalem adurare. illa adustio seu cenis erit acris sicut acetum. et cui cadit in superficiem terre ebullit. cuius odor est grauis et acris sicut acetum. quod musce fugiunt propter odoris horribilitatem et illa siquidem que magis est acris deterior est. Si vero melancolia quando aduritur grossioris fuerit substantie. erit cenis eius minoris a credimis cum ponticitate pauca que cadens super terram minus ebullit et minus in umbra penetrat. nec est minus maliciosa et venenosa / si ita cito perimit. sic prima. Hec colera nigra nature inimica pessima

mas habet ac mortiferas qualitates. morbos eni<sup>m</sup> inducit incurabiles. sicut cancrum et lepram / et huiusmodi. Ex admitione igitur per adustionem nimiam incinerati fleumatis sanguis et melancolie naturalis. melancolia in naturalis et pessima generatur. et cum ex fleumate per decoctionem generetur sanguis. et ex sanguine per intensiōem generetur colera. ex colera vero melancolia. Impossibile est ex ea humorem vterius generari. sed tantummodo incineratur et ex illa incineratione naturalis humorum inficiente. ille humor pessimus accidentaliter procreatut ut dicit Constantinus libro primo capitulo. xxiiij. Istius humoris dominans in aliquo corpe. hec sunt signa. Primo quia color cutis mutatur in nigredinem vel luorem sentit acidum saporem / ponticum et terrestrem. si humor qualitatem patiens animo est tunidus sine causa. passio eius est melancolia. Unde omnes hanc passionem habentes sine causa sunt tunidi sepius atque tristes. Et hoc ex melancolico humor cor constringente. Unde sic tristes interrogati quid timeant vel pro quo doleant. non habent quid respondeant. Alii tamen sibi mortem imminentem putant iterationabiliter. ali⁹ iniurias alicuius formidant. ali⁹ mortem diligunt et desiderant. Unde galienus in libro passionum. Non est mentum inquit si patiens coleram magnā tristitia vel mortis suspicionem patiatur. um exterius in corpore obscuritate nihil sit tunidus. Unde quando aliquid obscurum. et est fumus melancolicis operit cerebrum. necesse est ut patiens timeat. quia causam unde timeat secum portat. et ideo somniat terribilia et tenebrosa et vilium pessima et in odore fetida. vel sapore acefa. ex quibus omnibus generatur melancolia passio. Item maniacae et melancolice dispositionis est quando tales de tristibili gaudent et rident. Verevero exultanti plangunt. atque

volent. Item tales pertinaciter tacent  
vbi esset loquendum et insolenter loquuntur  
vbi esset tacendum. Item alij putant se esse vas fisticum tunc et timent  
tangi ne rumpantur atque frangantur.  
Item quidam putant se pugno mun-  
dum claudere et omnia in manibus con-  
tinere. et ideo manus ad cibum non ex-  
tendunt. timentque si manus extende-  
rent partes mundi defluerent et perirent.  
Item quidam putant angelum tenere mun-  
dum et preterea velle mundum dimitte-  
re cadere. et ideo manus erigunt et hu-  
meros volentes mundum corruentem  
sustinere et multum recalcitrant quando  
manus et humeros a medicis supprime-  
re compelluntur. Item aliquibus uidetur  
que caput non habeant. vel si putent se ha-  
bere illud. putant caput esse plumbeum  
vel asinum seu aliter monstruosum. Item  
alij audientes gallos cantare brachia eri-  
gunt et sese percutiunt et cantantes se esse  
gallos credunt. et tandem nimis clamantes  
rauci in clamando vel muti sunt.  
Item alij in suspitionem pestilentialiter  
nocabiliter incidunt propter quod ami-  
cos odiunt vituperant et confundunt.  
Item quidam percutiunt et occidunt has  
et multas alias mirabiles incurvant me-  
lancolie passiones. prout refert Galie-  
nus et alexander. et multi alij autores.  
quas quidam longius esset per singula enat-  
rare. et hoc quotidie ad oculum exercitum  
sicut nunc per accidit quidam nobilis ad  
tantam desipientiam melancolie vicio  
renuisse que modis omnibus mirabiliter  
se putabat. Unus aliasque sub legis vbi  
catti insidiatur muribus quiescente non  
valebat. forte tali pena peccatis suis eti-  
que percutiuntur. Nam hucusq; donosor  
qui prout dicitur in historijs Nestiam  
transformem scilicet leonem. aquilam et bo-  
uem in septem annorum spacio se putabat.  
Hec autem de melancolia et de alijs hu-  
moribus naturalibus quantum ad hoc per-  
tinet opusculum dixisse nunc sufficiant.

Explicit liber quartus.

## Incipit quintus liber de dispositione membrorum.

**I**cto de proprietatibus hu-  
morum. restat aliqua dicere de dispositio-  
ne membrorum que ex prop-  
rietatibus humoribus componuntur. Et primo de proprietatibus  
eorum in genere. unde de singulis in  
specie dicendum est aliquid.

## Capi. I. De mem- brorum proprietatibus in generali.

**D**icitur ut dicunt Iunienus. Item  
membra sunt corpora ex prima humo-  
rum compositione percreata. Vnde  
dicitur duplo. Item membra est fir-  
ma pars et solida animalis ex simili-  
bus vel dissimilibus composta ad aliquod spe-  
ciale officium deputata per hoc que dicitur fir-  
ma. ps differt membrorum a parte que non est fir-  
ma. vt est spiritus. per locumque dicitur  
ex similibus vel dissimilibus compotum insi-  
niatur membrorum duplex diversitas sim-  
plicium sive consimilium et compositorum  
sive officia. sive nam consimilia membra  
dicuntur et simplicia. quorum partes  
eisdem nature sunt cui toto. vt quelibet  
pars sanguinis est sanguis. et sic de alijs  
et huiusmodi membra. scilicet similia  
organicas et officiales membris na-  
turaliter sunt priora ut puta ea compo-  
nentia. sive principium compone est compo-  
sto prius. organica sive officia membra di-  
cuntur et consimilibus generata et statuta que ad  
completionem sensus et motus sunt animae in-  
strumenta. vt manus pes oculi. et osilia. fu-  
nit enim necessarium que in qualitate et quantitate  
diversa essent ut actione anime completeret.  
Natura enim fecit corporis instrumenta  
virtuti anime congruentia. virtutes em-  
anie sunt diversae. et ideo membrorum diversi-  
tates sunt necessarie. vt patet in malto  
in quibus sunt multi digiti in quantitate et  
in qualitate diversi ut per eos possint ma-  
gnificientia minima retineri. Cum igit sit tri-  
plex anie actione. scilicet animalis naturalis